Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

De dalmatica

Dalmatica abeato silvestro inventa crucem xpi signans. Nam antea utebantur collobio quod est vestis sine manicis significans quod est sine manicis unum quemq; fidelem exercitum esse debere ad exercenda bona opera. Cum autem brachiorum nuditas culparet. inventa est dalmatica in modum crucis texta. monens induto rem suum crucifixum esse debere mundo. iuxta apostolum. Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Sit etiam candida. ostendens ministrum xpi candorem castitatis habere debere mente simul et corpore. Inconsutilis est etiam. quia in corde unus cuiusq; fidelis nulla deb& esse cissura. sed indiscissa fidei integritas. Per dalmaticam intelligimus religionem sanctam. & immaculatam apud dm & patrem. ut visitentur pupilli & vidue in tribulationibus eorum. & visitare se immaculatos se custodiant ab hoc seculo. Ipsa dalmatica duas coccineas habet lineas retro similiter in anteriori parte. quia vetus testamentum & novum. ruti sunt dilectione dei & proximi. Vel significat etiam idest tramites purpureis sanguinem xpi. effusum pro salute humani generis in maculatum esse quemdam de ad dm. vestitare fratres. & proximum. Color coccineum. opera mie que ex karitate fiunt in populis & vidui intelligimus. Fimbrie que procedunt de dalmatica verba sunt eius predicatoris cui religio sancta & immaculata e. Sicut verba abaura aeris saptantur. ita fimbrie spiraminis venti. Que fimbrie ante & retro st. quia mandatum dilectionis. & in veteri testamento & in novo manet. Unde iohannes karissimi. non mandatum novum scribo vobis. Quod ita beda. Idem caritas & mandatum vetus abinitio commendatum. & mandatum novum. quia tenebris electis de sideribus novum lucis infundit. Triginta fimbrie habet dalmatica ex utraq; parte idest retro & ante. Singule linee ab trinsecus. xv. quia ka